

confidant in eo. Ubi doctorum Aquila S. Augustinus, ita pronunciavit. Id est,  
 cum vindicta & venerit: quæ impiis & peccatoribus preparatur non solum eos non at-  
 tirget, qui confidunt in Domino: sed etiam ad regnum illis instruendam & subliman-  
 dum proficiet. Non enim dixit: cum exarserit in brevi ira ejus: securi omnes, qui  
 confidunt in eo: tamquam hoc solum inde habeant, quod non puniuntur: sed beati di-  
 xit: ubi est bonorum omnium summa & cumulus. Quare hæc confidentia & fiducia.  
 qua in Domino confidimus, inq; ejus meritis nitimur: cum certi ac securi su-  
 mus, tūm vel maxime beati erimus. Nihil præterea querimus. Contenta  
 enim sumus. Quandoquidem beatitudo omnium bonorum est cumulus,  
 nedum summa satietas, juxta illud: satiabor cum apparuerit Gloria tua. Hu-  
 jus autem hæredes quidem sumus, ait enim Apostolus: Non enim accepisti Spi-  
 ritum servitutis, iterum in timore sed accepisti Spiritum adoptionis Filiorum Dei, in  
 quo clamamus: Abba (Pater) ipse enim Spiritus, testimonium reddit Spiritui nostro,  
 quod sumus Filii Dei. Hic dubitare amplius de peccatorum venia, de Gratiæ  
 certitudine nefas est quidem. DEUS enim est, qui filiorum adoptionem testi-  
 ficatur, qui in cordibus nostris clamat, Pater, cui maximè credendum est. Is  
 enim testificare falsa non potest. Est DEUS prima veritas, quæ est mensura  
 & causa omnis alterius esse. Quid autem hoc summæ veritatis testimonio ve-  
 rius? quid certius? nec enim humanum est quod fallit, quod illudit, quod  
 mutabile, quod variabile est: Sed DEUS verax, qui mentiri non potest, nec ar-  
 guit quoquam mendaciis. Est autem, inquit Apostolus: Deus verax: omnis  
 autem homo mendax. Quare haudquam eo hanc nobis testante gratiæ certi-  
 tudinem, dubitandum est. Eo enim in cordibus nostris clamante (Abba, Pa-  
 ter,) omnis anxietas tollitur, eo attestante nulla ambiguitas relinquitur. Unde  
 S. Johannes Chrysostomus ait: Quando vero Spiritus testatur quoniam relinquitur Rom. 14.  
 ambiguitas? (Et paulo post) suprema illa Essentia, quæ & hoc ipsum largitur, quod in Epist.  
 promittit, atq; adeo orare etiam jussit, testimonium perhibente, quisnam de dignita- ad Rom.  
 te hæc deinceps dubitare audebit? Et S. Bernhardus: Si credis, inquit peccata tua Serm. 1.  
 non posse deleri, nisi ab eo, cui soli peccasti, & in quem peccatum non cadit, benè facis, de An-  
 sed adde adhuc, ut credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium, nuncia-  
 quod perhibet in corde nostro Spiritus Sanctus, dicens: dimissa sunt tibi peccata tua. tione.  
 Sic enim arbitratur Apostolus gratias justificari hominem per fidem.

Inter Mercatores cui jam data est arrha in testimonium futuræ emtionis  
 atq; venditionis: is certus est de foro tenendo. Itidem clementissimus atque  
 pientissimus, Pater, Cœlestis fori præfctus, volens securitate quadam cinge-  
 re suos fideles & de gratiæ certitudine certos reddere, non est designatus Spi-  
 ritum Sanctum suum in arrham & pignus gratiæ eis dare: Nedum ejus gratiam, I. Job. v.  
 testimonium, & suam fidem. Ita est, teste Johanne Evangelista, ait enim: in 4.v.13.  
 hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu San- 2. Cor. 1.  
 tho suo dedit nobis. Cui item subscriptit Apostolus Paulus. Qui & signavit nos, v.22.  
 & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Et alibi: in quo & credentes signati estis Epb. 1.v.  
 Spiritu promissionis sancto. Qui est pignus hæreditatis noſtre. Et alibi: Qui au- 13.  
 tem efficit nos in hoc ipsum, DEUS, qui dedit nobis pignus Spiritus. Ubi subdit 2. Cor. 5.  
 Hugo Cardinalis, per quod sit confirmatus & securus. Hoc ipsum hæreditatis v.5.  
 nostræ pignus præfiguratum est per fructus sanctæ terræ, quos in prægustatio-  
 ne & arrha habenda & possidenda illius terræ, prout mandaverat Deus per Mo-  
 sen famulum suum, exploratores inde attulerunt Israelitico populo, affec-  
 rantes